



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

14. Justus, si offert pro alio sua bona opera, an valeant, ipso inscio? Et pro intelligentia hujus quæstionis aliqua primo supponitur, & etiam pro acceptatione Indulgentiarum pro animabus Purgatorii. ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

lib. 12. cap. 8. quest. 5. Quia duplici iure, ac nomine ea res creditoribus tenetur, & quia res est sua, & ab eo accepta fuit; debita enim non computantur rebus debitoris, & quia est in extrema necessitate constitutus; debitor autem unico tantum iure, & titulo eam potest retinere, ratione scilicet extreme necessitatis: ergo tam ipso debitor, quam patre, aut matre illius ad extremam necessitatem redactis, tenetur debitor eam rem potius creditori reddere, quam sibi retinere, aut illa parentibus subuenire. Secunda opinio est eorum, qui dicunt teneri potius debitorem ea re sibi, & suis parentibus subuenire in ea extrema necessitate circumstantia, quam creditoribus in eadem similiter circumstantia existentibus. Et hanc opinionem tenet Azorius *tom. 2. instit. moral. lib. 12. cap. 8. quest. 5. vers. Sed quid se creditor.* Paludanus in 4. distinct. 13. quest. 2. art. 1. conclus. 1. Sotus *lib. 4. de instit. quest. 7. art. 1. ad 4.* Caietanus *2. 2. quest. 6. 2. art. 5. ad 4.* Tabiena *verb. Restitutio. q. 4.* Et id probant, quia in extrema necessitate omnia quoad vltimum tantum, non quoad dominium sunt communia, *2. 2. Cum in eadem. ff. ad legem Rhodianam de iact.* fuerunt enim res à principio diuise sub conditione redibilitatis, ut scilicet in extrema necessitate ad suum priorem statum Communitatis quoad vltimum tantum redirent; vnde cum vltis ipius rei in ea extrema necessitate factus sit communis, & alioquin magis quis patri adstringatur, quam creditori, & melior sit conditio tenentis, & possidentis: hinc fit, ut patre, & creditore ad extremam necessitatem deuenientibus, potius patri, quam creditori ea re subuenire debitor teneatur: sit etiam, quod quando debitor, & creditor simul ad eam extremam necessitatem deueniunt, non teneatur debitor rem creditori suo soluere, cum sibi potius quam illi succurrere ea teneatur, & quia possidet, & quia res in ea circumstantia, quoad vltimum tantum ad priorem statum Communitatis rediit. Et ideo ego huic posteriori sententia tanquam probabiliori adhaereo, quicquid in contrarium asserat Tolentus *lib. 4. cap. 25.*

RESOL. XIII.

Quidam vir Nobilis recitabat quotidie Offitium defunctorum pro animabus Purgatorij, dum tamen esset in peccato mortali, quæsiuit à me, an dictis animabus oratione illa prodesse? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 79.

Respondi affirmatiuè, nixu auctoritate doctissimi Petri Nauarræ *de resti. lib. 2. cap. 2. num. 254.* vbi sic ait. Sed rogat curiosus, quid si non vt Minister Ecclesiæ, sed v.g. laicus, Horas Canonicas, & Orationem Dominicam dicat, numquid si in peccato mortali eas fundat, proderunt saltem his, pro quibus oratio fit: Sotus putat non prodesse, quia ex eo quod non est Ecclesiæ Minister, non habent illæ preces aliam vim, quam si ab eo essent factæ. Sed longè melius Nauarrus & Couarruias oppositum sentiunt, quia ex eo quod Ecclesiæ eas instituit, eo per se sunt Deo gratiores, & Ecclesiæ quolibet suo membro Deo offerri voluit. Ita Nauarra, licet alij etiam probabiliter contrarium sustineant.

RESOL. XIV.

Insuper, si offert pro alio sua bona opera, an valeant eo in scio?
Et pro intelligentia huius questionis aliqua primo supponuntur; & etiam pro acceptatione Indulgentiarum pro animabus Purgatorij.

Et quaeritur, an qui ex iniuncta penitentiâ in confessione, aut ex alio capite habeat mandatum offerendi suffragium pro defuncto: & opus implet existens in peccato mortali, teneatur iterum implere in statu gratiæ? Ex part. 1. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 54.

Suppono, ex parte eius, in cuius fauorem bona opera offeruntur, necessarium esse, quod indigeat tali suffragio, & non sufficit si non indigeat, sed indigebit. Deinde opus est vt talis sit in gratia. Difficultas est, vtum necesse sit suffragium acceptari ab eo, in cuius fauorem fit? & aliqui affirmatiuè respondent, vt Nugnus in addit. ad 3. part. quæst. 7. art. 4. diff. 2. & Coninch *disp. 12. dub. 10. num. 47.* asserentes necessarium esse vt anima Purgatorij acceptent indulgentias, vt illis proficiat. Addit tamen ad hoc sufficere generalem voluntatem, quæ omnes cupiunt à penis per suffragia nostra liberari. Probabile tamen putat iis nuntiari per Angelos Custodes, quinam pro eis indulgentias lucentur, absque particularim acceptare; vtumque sanè probabile, & piun vel tamen certum. Cerrè non puto necessarium ita acceptari. Et ita docet Suarez *disp. 5. 2. sect. 7. n. 6.* Cardinalis Lugo *disp. 27. n. 8. in fine.* Et hanc negatiuam sententiam, tam in ordine ad animas Purgatorij, quam in ordine ad viuentes tenet Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 2. dub. 17. n. 239. & disp. 3. dub. 2. n. 19.* quia in tali casu tam anima Purgatorij, quam viuentes passim se habent, ergo ad id non est necessaria scientia, quod patet ex vltu Ecclesiæ, in qua receptum est orari, & offerri suffragia pro amicis absentibus, ipsi etiam ignorantibus. Vide Suarez *disp. 3. 8. sect. 7. tract. 7.*

Sed hic oritur dubium satis practicabile, an qui ex iniuncta penitentiâ in confessione, aut ex alio capite habeat mandatum offerendi suffragium pro defuncto, & opus implet existens in peccato mortali, teneatur illud iterum implere in statu gratiæ?

Non consentiunt Auctores. Negat Sà *verbo Indulgentiæ n. 2. & alij apud Bonacinam disp. 6. q. 2. punct. 2.* remissiue ad alia loca.

1. Ipse verò Bonacina distinguit inter suffragia, quæ ex opere operato habent effectum, quale est sacrificium Missæ, & (vt ipse etiam ait) satisfactio Sacramentalis; item orationes sub nomine Ecclesiæ; eiusmodi enim suffragia, etiam si fiant in peccato mortali, putat non esse ex obligatione repetenda. Secus verò si suffragia solum ex opere operantis proficiunt.

2. Hanc doctrinam approbat Dicastillus, *vbi supra dub. 3. num. 24.* secluso illo quod dicit de satisfactione Sacramentali: Satisfactio enim Sacramentalis, etiam si concedatur habere effectum ex opere operato, non habet illum respectu illius defuncti, pro quo offertur, sed respectu ipsius exequentis penitentiam sibi impositam: solum enim tale opus remittit ex opere operato penam debitam, & relictam à peccato ipsius penitentis quoad culpam remisso. Vnde quando quis habet præceptum à Confessario offerendi orationem pro anima Purgatorij, illa penitentia imposita non est vt offerat id, quod ex opere operato præstat, sed quod ex opere operantis: quod enim præstat ex opere operato incommunicabile est. Vnde eadem ratio est de penitentia imposita in confessione, atque de operibus, quæ solum sunt satisfactoria ex opere operantis: nam comparatione alterius, idem dicendum est de tali opere. Hæc omnia Dicastillus, cui ego etiam adhaereo.

RESOL. XV.

An Parochus, qui nunquam, vel raro ediccionem habet ad populum; peccet, etiamsi in sua Parochia non desine

Sup. hoc in tom. 4. tr. 7. Ref. 47 & la. re in alia Ref. eius an. not.

aliquid quæ. 2. 2. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Sup. hoc cur. 1. cum eodem Soro infra citato in to. 4. tr. 5. Re. 4. §. 1. inter mediū. & finē, vers. Preterquam. & ibi in tr. 1. Ref. 4. §. 1. prope finem. vel. Ex his.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 6. lege latam doctrinam Ref. 15 & trium sequentium.